



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis Prædicatorum

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

Consultur fae. rec. Vrba. iiij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13589**

in casibus, in quibus dictis Prioribus, vt dicitur, est ab Apostolica sede concessum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ cõcessionis infringere, vel ei ausu temerario cõtra ire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursum. Datum apud Montem Flascõnem, nonas Augusti, Pontificatus nostri anno primo.

**Vrbanus III.**

*Filij vel heredes petentium in infirmitate sua, hereticorum consolationem, non admittuntur ad pbandum quod non sana mētē, vel perdata loquela suscepint, si constat quod erant sana mentis quando cõsolationem petierunt; alias admittuntur per testes idoneos. Et cõcordat rex. in c. Filij. de her. li. 6.*

*Edita anno Dom. 1261. Inquis. h. m. c. 43. & quæ. c. 11. vbi dicitur oppos. p. al. Theol. p. al. exposito & ab eis verbum dicit. p. al. remediu.*

**VRBANVS** Episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filiis Fratrib. Ordinis Prædicatorum, Inquisitoribus hereticæ prauitatis in regno, & dominio charissimi in Christo filij nostri illustris Regis Aragonum, auctoritate Apostolica deputatis, & in posterum deputandis, salutem & Apostolicam benedictionem.

Olim ex parte dilectorum filiorum Fratrum ordinis Prædicatorum Inquisitorum hereticæ prauitatis in Cathalonia, & alijs terris, nobilis viri A. Comitum Pictauen. felicis recordationis Alexandro Papæ prædecessori nostro expositum fuit, quod nonnulli de partibus, vbi eis contra hereticos inquisitionis officium est commissum, in mortis articulo constituti, salutis medicum, & abhorrentes, consolatores hereticos ad se introduci faciunt, & ab eis per impositionem manus desolationis suæ consolationem accipiunt, secundum pessimam consuetudinem eorundem: Sed filij, & heredes sic decedentium propter hoc exheredari timentes, & volentes ob id eorum malitiam excusare, proponunt se vel probare per testes, quod iudicando recipiebant consolationem huiusmodi, loquelam amiserant, & erant alienati a mente: cum moris sit apud eos (vt dicitur) quod nullum taliter consolentur, qui non sit sanæ mētis, & memoriam habeat ordinatam; Ac super hoc, eodē prædecessore consulto ab eisdem Inquisitoribus vtrum tales debent probationes admitti, idem prædecessor eis duxit per suas litteras taliter respondendum: vt si legitime constiterit, quod prædicti sanæ mentis essent, petierint hereticos consolatores, sicque viam fuerint vniuersæ carnis ingressi, licet consolationem huiusmodi, immo verius desolationem, non sanæ mentis effecti, vel postiam perditam loquelam suscepisse dicatur, nulla super hoc probatio admittatur: cum in nullo sic decedentes debeant propterea releuari: In dubio vero admitti poterit. Non tamen vxores, vel filij, seu familiares, aut de suis aliqui ad hoc probandum recipiantur in testimonium: sed alij testes idonei, & specialiter fidei zelatores: cum contra tales sit non modicum præsumendum; sit

A que in talibus propter fidei priuilegium, & cum multa cautela summaque diligentia, præ cæteris negotiis, procedendum. Vos igitur in hac parte iuxta ipsius prædecessoris nostri responsionem, commissum vobis negotium fidei, sic prudenter & fideliter exequi procuretis, quod labor uester vobis ad vitæ præmium, & alijs ad salutem (quæ solum in talibus quæritur) proficiat animarum. Datum apud Montem Flascõnem xii. Calen. Septembris, Pontificatus nostri anno primo.

**Vrbanus III.**

*Declarantur hic multa dubia ad Inquisitionis negotium spectantia, ex illis in primis, quæ continentur in c. Accusatus. de heret. lib. 6.*



**VRBANVS** Episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filiis Fratrib. Ordinis Prædicatorum Inquisitoribus hereticæ prauitatis, in regno, & dominio charissimi in Christo filij nostri Illustris Regis Aragonum auctoritate Apostolica deputatis, & in posterum deputandis, salutem, & Apostolicam benedictionem.

*Edita anno Dom. 1261.*

Consultus felicitis recordationis Alexander prædecessor noster, super articulis infra scriptis, fidei causam contingentibus, ab Inquisitoribus prauitatis hereticæ in partibus Tholosanis à Sede Apostolica deputatus, per suas litteras respondit eidem, cuius vtique responsionem præsentibus de verbo ad verbum duximus annotandam, quæ talis est.

Quod super nonnullis quæstionum articulis, in quibus causa fidei tangitur, nos consulere voluistis, sollicitudinis vestræ prudentiam in Domino commendamus.

Primus igitur uestræ consultationis articulus continebat: vtrum si dici debeat relapsus in hæresim, qui lapsus est in eam post abiurationem ipsius, in qua non inuenitur antea commississe, cum secundum proprietatem verborum non videatur relapsus, qui non fuerat ante relapsus. Ad quod taliter respondemus, quod talis, si tanquã accusatus, vel suspectus de hæresi eã in iudicio abiurauit, & postea comitat in ipsa, ceteri debet quadã iuris licentia relapsus, licet ante abiurationem suã plene probatum non fuerit crimen hæresis contra ipsum, dummodo huiusmodi prius orta suspicio violenta fuerit, & certis ac veris indicijs comprobata: Si vero leuis, & modica, quamquam ex hoc sit grauius puniendus, relapsorum tamen in hæresim non debet pena puniri, ex quo præsumi non potest verisimiliter ante lapsus in eam.

*† Cap. Accusatus §. 1. & 2. de heret. lib. 6.*

Quæsiuistis etiam circa idem, si is qui hæresim abiurauit, & per solã inexcusabilem receptionem vel receptionem, aut deductionem, seu associacionem, vel visitationem hereticorum, siue dationem vel missionem munerum: aut etiã alias in fauorem eorum, qui excusari nõ possit, sine adoracione tamen (vt verbis vestris vtamur) lapsus est postmodum, propter hoc debeat iudicari relapsus.

*† Cap. Accusatus §. ille quoque. de heret. lib. 6.*

Et quidem si legitimè cōstitit, vel etiam non cōstaret, quod tales ante huiusmodi abiurationem in hæresi commississent, non est dubium, eos per hoc fuisse relapsos, quia tunc dubitari non debet illos ex approbati à se prius erroris consequentia id fecisse.

Præterea nonnulli ¶ talium, ut proponitur; iurant coram Inquisitoribus tam de se, quam de alijs super factò hæresis veritatè dicere, sed periurant, non odio tamè, vel pretio, sed timore sui potius, & suorum; corrigunt autem se postmodum super his contra se, ac alios suos complices depnendo: Cum itaq; periurius secundum iura ¶ et post pœnitentiam in criminalibus à testimonio repellatur: hinc quæritur, vtrum cõtra illos suos complices sit per testimonia talium procedendũ. Super quo taliter respondemus: Quod cum crimen huiusmodi exceptum, si ex manifestis indicijs apparuerit, tales non animi leuitate, sed zelo si dei tanquam pœnitentes propriæ culpa asserere quod talia prius tæuerant, & velint in hoc errorem suum corrigere; ac alios nominare, stari debet in fauorem fidei (nisi aliud obfisteret) attestacionibus eorundem.

Ad illud autem ¶ quod quæritur, vtrum ad Inquisitores hæresis pertineat de diuinationibus, & sortilegijs, quæ contra aliquos sibi denuntiantur, cognoscere, ac punire talia exercentes. Breuius respondetur, quod cũ negotium fidei quod summè priuilegiatum existit, per occupationes alias non debeat impediri, Inquisitores ipsi de his, nisi manifestè saperent hæresim, ratione huiusmodi officij sibi commissi, se nullatenus intromittant, sed eos relinquunt suis iudicibus pœna debita castigandos.

Quidam insuper, ¶ ut adiecit, pro his quæ cõmiserunt in hæresi, astringunt se Inquisitoribus sub obligatione bonorum suorum ad recipiendã ab eis pœnitentiam, & complendam, sed ea licet iniuncta, non tamen peracta, quin potius in toto vel in parte neglecta, decedunt: Quæritur ergo vtrum Inquisitores ipsi, vel qui in eorum locum succedunt, possint ad satisfactionem pro ipsis defunctis hæredes vel detentores bonorũ sic decedentium coarctare. Ad quod dicimus, quod si per huiusmodi pœnitentiam aliquod onus ad salutem proficiens impositum fuerit in bonis temporalibus, exequendum, ad complementum ipsius, per Inquisitores cogi debent hæredes, vel alij, ad quos bona talia cum suo onere deuenerunt.

Iniungitur ¶ etiam aliquibus ad pœnam in pœnitentia pro hæresi ab ipsis pestis Inquisitoribus ut vsuras restituant, ad quod obligauerant in iudicio Ecclesiæ se, & sua, In quo quæritur, vtrum Inquisitores ipsi, vel qui succedunt in locum eorum, ad respondendum coram se conquerentibus de vsuris huiusmodi, & ad restitutionem earum, si de ipsis constiterit, possint compellere taliter pœnitentes, pœcut ab eis in alijs iniunctis sibi pœnitentiis fieri consuevit. Ad quod respondemus, quæstionem super vsuris motam contra tales iudicialiter nõ debere audiri ab Inquisitoribus.

A hæresis, nec decidi; Nolentes quod per causas huiusmodi offendiculum negotio fidei prepararetur, eos tamen, ad restitutionem vsurarum, de quibus constiterit, compellere poterunt, quibus in satisfactionem pro prædicto crimine, huiusmodi restitutionem in pœnitentiam inunxerunt.

Sunt & alij, ¶ qui confessi sunt iudicio de hæresi coram Inquisitoribus huiusmodi prauitatis; sed antequam eis iniungeretur pœnitentia, decesserunt. Super quo quæritur, si hæredes talium compelli possint ab Inquisitoribus, ut ad ipsorum arbitrium satisfaciant pro defunctis; præcipuè cum iidem dum viuerent, ad faciendam pœnitentiam, quam Inquisitores eis vellēt iniungere bona sua Inquisitoribus obligarint. Cui quæstioni sic diximus respondendum, quod postquam tales nõ decesserunt hæretici, sed reincorporati potius Ecclesiæ vnitati, non videmus, quod eis post mortem vel eorum hæredibus, qui ad successionem talium admittuntur, sit satisfactio pro extincto iam crimine iniungenda. In eo vero casu, in quo hæredes huiusmodi ad successionem nõ deberent ob culpam sui actoris admitti, non obstante, quod actoribus ipsis viuentibus, hoc non fuerit intercedente ipsorum morte per sententiam declaratum, ad confiscationem bonorum post mortem nihilominus procedatur.

C Adiecitis præterea negotium seu officium Inquisitionis contra hæreticos dilecto filio Priori Fratrum Prædicatorum Parisien. à Sede Apostolica fuisse sub ea forma commissum, ut idem super hoc posset inquirere tam per se, quam per alios quos ad hoc idoneos reputaret. In quo quæritur, vtrum tales delegati, vel subdelegati existant, & quid possint etiam sic electi. Super quo taliter diximus ordinandum, quod idem Prior possit tres vel quatuor idoneos ad hoc opus assumere qui parem cum ipso habeat potestatem, & amouere illos, ac ipsorum loco alios substituere quotiescunque viderit expedire. Ipsi tamen Priori & aliis sic assumptis committendi dumtaxat citationes & examinationes testium cum de huiusmodi crimine ac circumstantijs eius inquiretur, ac denuntiationes sententiarum, quas super his contra quoslibet contigerit ferri, & his similia faciendi, conceditur ab eadem sede facultas.

Quæstioni ¶ uerò qua quæritur, vtrum constitutus in sacris deprehensus in hæresi, & propter hoc immutandus perpetuo prius sit ab ordinibus à suo episcopo degradandus, antequam tradatur huiusmodi pœnitentiæ. Respondemus, quod talis, qui est perpetuo immutandus, prius debet à suis ordinibus degradari.

E Nonnulli quoque clerici, & quod est deterius sacerdotes, prætextu pecuniæ vel alicuius secularitatis temporalis, inueniunt aliquando inquisitionis impedire negotium, instruendo citatos hæreticorum credentes, de celanda veritate, falsitate dicenda, vel eos indebitè liberandos: de quibus quæritur, vtrum Inquisitores possint tales capere, ac retinere, aut quod sic accepta restituant coarctare. Dubium itaque non videtur, quod hi quos constat exercere præmissa, ea faciunt in fauore hæretice

† Cap. Accusatus. §. Licet. de hæret. lib. 6.

† Cap. quicquid. §. q. r. c. Testimonium. de testibus.

¶ Conco. r. 1. §. 1. de hæret. lib. 6.

† Cap. Accusatus. §. 1. de hæret. lib. 6.

† Cap. accusatus. §. Si vero. de hæret. lib. 6.

Emericus. 3. par. quæst. 1. 50. ubi dicitur

† Cap. Accusatus. §. de quæstionibus. de hæret. lib. 6.

¶ Conco. r. 1. §. 1. de hæret. lib. 6.

¶ Conco. r. 1. §. 1. de hæret. lib. 6.

† Cap. Accusatus. §. Licet. de hæret. lib. 6.

¶ Conco. r. 1. §. 1. de hæret. lib. 6.

¶ Conco. r. 1. §. 1. de hæret. lib. 6.

¶ Conco. r. 1. §. 1. de hæret. lib. 6.

¶ Conco. r. 1. §. 1. de hæret. lib. 6.

¶ Conco. r. 1. §. 1. de hæret. lib. 6.

zice prauitatis: quare possunt à talibus per Inqui-  
sitores compeisci, & pœna debita castigari, tam  
per captionem personarum quam etiam alias,  
prout culpa exegerit delinquentis.

Quod autem postmodum querebatur, quo-  
modo essent puniendi religiosi, qui inueniuntur  
in hæresim deliquisse, cum seculares peccates in  
simili casu immutationis, vel alia pœna plectan-  
tur. Eius solutio satis patet: cum certum sit tales  
in hoc & in consimilibus delinquentes grauius ꝑ  
etiam secularibus puniendos.

Frequenter etiam vobis ab Apostolica sede cõ-  
mittitur, vt tam hæreticos, credetes, receptatores  
factores, & defensores eorum, quam ipsorum fi-  
lios, & nepotes, ac illos etiam, qui prædictorum  
interuentu vel gratia talia essent adepti, vel asse-  
querentur in posterum, priuandi personatibus,  
dignitatibus, & honoribus quibuscumq; & bene-  
ficijs ecclesiasticis, & officijs publicis de diocesa-  
norum, vel eis absentibus, vicariorum suorum con-  
silio, habeatis liberam facultatem: quod qualiter  
intelligi debeat, petiistis eiusdem Sedis oracu-  
lo declarari. Hoc sanè ꝑ de filijs, & nepotibus il-  
lorum hæreticorum, credentium, & aliorum hu-  
iusmodi, qui modo tales esse probantur, intelligẽ-  
dum esse viderur, non autem illorum, quos emẽ-  
datos constituerit, & pro culpa huiusmodi ad mã-  
datum Ecclesiæ pœnitentiam recepisse, quã ipsi  
vel iam p̄fecerunt, vel humiliter prosecutioni  
eius in fuitunt, vel parati fuerunt, dum viuerent,  
ad recipiendam eandem. Diocæsani ꝑ quoque  
in priuandis talibus sunt generaliter requirendi  
nisi forsitan constaret legitimè, quod iidem scien-  
ter et beneficia contulissent: tunc enim eos in  
his requirendos esse non credimus, sed potius à  
suo iudice puniendos. Vos igitur in præmissis cõ-  
missum vobis negotium, in Regno, & dominio  
charissimi filij nostri in Christo Illustris Regis  
Aragonum, iuxta dicti prædecessoris responso-  
nem sic prudenter & fideliter exequi procure-  
tis, sic ad ea pure propter Deum (cuius causam  
geritis) vestra feratur intentio, quod labor vester  
vobis ad vitæ præmium, & alijs ad salutem (quæ  
solum in talibus queritur) proficiat animarum.  
Datum apud Montem Flandæonem, xij. Calen. Se-  
ptembris, Pontificatus nostri anno primo.

COMMENT. XXIII.

**C**onsultus.) Hoc rescripto declaratur multæ  
difficultates in materia hæresis frequenter  
cõtingentes, quæ etiam diluuntur in c. *Acusatus, de  
hare. li. 6. breuius tamen & cõcisius, hic si. sius, &  
clarus: itaq; hoc rescriptum loco interpretationis de-  
seruire potest ad intelligendũ dictũ c. *Acusatus.*  
Quo tempore priorem editionẽ fecimus, & hæc  
pars Directorij imprimeretur, nondum peruenerat  
ad manus nostras extranagans Domini Alexan-  
dri Papæ IIII. incipiens, Quod super nonnullis.  
cuius in hoc rescripto meminit Dominus Urbanus  
IIII. qui proximè Alexandro in Pontificatu suc-  
cessit, & propterea non potuimus quam emanatis-  
simam dare. Cæterum non multo post eã, ipsam au-*

**A** thenticam extrauagantem Alexandri vidimus,  
Assiso ex conuentu Fratrum ordinis Minorum sã-  
cti Francisci Illustrissimo Cardinali Felici Peret-  
to de Montealto, qui modo summus est Pontifex,  
transmissam, cuius ille nobis copiam fecit: & nunc  
ad illius exemplar, hoc ipsum rescriptum damus  
emendatissimum. Eadem quoque Alexandri IIII.  
extrauagantẽ inrer litteras Apostolicas pro officio  
sanctissimæ Inquisitionis curauimus imprimẽdã.

Alexander IIII.

**B** Damnantur omnes hereticorum secte, & in eos  
eorumque complices varia pœna feruntur.



**A**LEXANDER Episcopus seruus  
seruorum Dei, vniuersis Christi fideli-  
bus, Salutem & Apostolicam Benedi-  
ctionem.

**N**OVERIT vniuersitas vestra, quod nos  
ad instar felicitis recordationis Gregorij Papæ  
prædecessoris nostri, excommunicamus, & ana-  
thematizamus vniuersos hæreticos, Catharos, Pa-  
tharenos, Pauperes de Lugduno, Passaginos, To-  
sephinos, Arnaldistas, Speronistas, & alios, qui-  
buscunque nominibus censeantur: facies quidẽ  
habentes diuersas, sed caudas adinuicem colliga-  
tas, quia de vanitate conueniunt in idipsum. Dã-  
nati vero per Ecclesiam seculari iudicio relin-  
quantur animaduersione debita puniendi: Cle-  
ricis prius à suis ordinibus degradatis. Si qui au-  
tem de prædictis, postquam fuerint deprehensi,  
redire voluerint, ad agendam condignam pœni-  
tentiam in perpetuũ carcerẽ detrudantur. Cre-  
dentes autem eorũ erroribus similiter hæreticos  
iudicamus. Item receptatores, defensores, & fau-  
tores hæreticorum excommunicationis senten-  
tiæ decernimus subiacere; firmiter stauentes, vt  
si postquam quilibet talium fuerit excommuni-  
catione notatus, si satisfacere cõtempserit infra  
annum ex tunc, ipso iure sit factus infamis, nec  
ad publica officia seu consilia, nec ad eligendos  
aliquos ad huiusmodi, nec ad testimonium ad-  
mittatur. Sit etiã instabilis, nec testamenti ha-  
beat factionem, nec ad hereditatis successorem  
accedat. Nullus præterea ipsi super quocunque  
negotio, sed ipse alijs respondere cogatur. Quod  
si forte iudex extiterit, eius sententiã nullam obti-  
neat firmitatem, nec causæ aliqua ad eius audiẽ-  
tiã perferantur. Si fuerit aduocatus, eius patrocini-  
ũ nullatenus admittatur. Si tabellio, instrumẽ-  
ta cõfecta per ipsũ nullius penitus sint momen-  
ti, sed cũ auctore dãnato dantur, & in simili-  
bus ꝑ idẽ præcipimus obseruari. Si vero clericus  
fuerit, ab omni officio, & beneficio deponatur.

**D** Si qui autem tales, postquam ab Ecclesia fue-  
rint denotati, euitare cõtempserint, excommu-  
nicationis sententiã percillantur, alias animad-  
uersione debita puniendi.

**E** Qui autem inuenti fuerint sola suspicione no-  
tabiles, nisi iuxta considerationẽ suspencionis, qua-  
litatemque personæ propriam innocentiã con-

Edita anno  
Dom. 1260.  
ꝑ Concordat  
capit. excom-  
municamus.  
1. & 2. extra  
de hæret.

Receptato-  
res, defenso-  
res & fauo-  
res hæretico-  
rum quibus  
pœnis puniã-  
tur.

Qualiter in  
relligantur  
hęc verba, tra-  
dit Hostiẽ. &  
Io. And. in c.  
Excommuni-  
mus. 1. §. cre-  
detes.